



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 92. Juliacum Neoburgico & Brandeburgico Principibus vindicatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

utrinque Reconciliatio, ea tamen lege, Sæc. XVII. A. C. 1610.
 ut Principes interim usurpatis cederent,
 & omnia in pristinum, quo obeunte
 Joanne Guilielmo Duce fuissent, statum
 restituerent: Verum Fœderatorum de-
 legatis id non modo acceptare recu-
 santibus, sed & Juliacensem arcem sibi
 tradi, omnibus modis urgentibus, to-
 tus conatus in irritum cecidit: Hortaba-
 tur rursus Cæsar Principes variis man-
 datis, ut possessione cederent, hi ta-
 men a Cæsare tanquam perperam edocto
 ad melius instruendum provocantes, ea,
 quæ vi ceperant, Gallorum, Belgarum-
 que ope tueri nitebantur: Præterea Lu-
 dovicus Archidux Pragam concessit,
 ejusque opera in conventu Principum
 quorundam, atque Electorum Mense
 Majo de compositione causæ Juliacen-
 sis deliberatum est, ibidemque nonnulli
 constituti sunt Cæsaris Deputati, qui
 unacum quibusdam Imperii Principibus
 causam dijudicarent.

§. XCII.

*Juliacum Neoburgico & Brandebur-
 gico Principibus vindicatum.*

Verum Protestantes omnem amicæ Merc. Gal-
 compositionis viam respuebant, u-
 nice Cæsaris auctoritatem imminuere, lobelg. ann.
 tom. 6. l. 3.
 Carafa
 com. n. de
 gere Germ. p. 42.
 Domusque Austriacæ potentiam fran-

Hh 3

Sæc. XVII gere intenti: Eo animo in nupero, ut
 A. C 1610. memoravimus, Hallensi conventu, ad
 quem etiam Henricus IV. Boissium
 Legatum decreverat, literas ad Impe-
 ratorem mittebant, inter commentitia
 ipsorum gravamina exhibentes, quod
 Donawertha nondum esset restituta, nec
 processus, ut vocant, *aulici* aboliti: mi-
 nas quoque addebant, se necessitate
 adactos, si his malis remedium non af-
 ferretur, arma sumpturos. Ne vero
 res in solis minis hæsisse videretur, Chri-
 stianus Anhaltinus Princeps cum Bran-
 deburgico & Neoburgico Grimlingshu-
 sium concessit, ut trajecto inde Rheno
 Juliacensem obsidionem auspicaretur,
 pro summo imperio postulans, ut Co-
 lonienses exercitum, quem pro civita-
 tis suæ defensione conscripserant, sta-
 tim dimitterent, & Protestantibus Tem-
 plum, ac sectæ suæ libertatem conce-
 derent: his vero, se id sine Cæsaris &
 Romani Pontificis auctoritate contra
 Imperii leges permittere non posse re-
 ponentibus, die vigesima quinta Julii
 Mauritius Nassoviæ Comes cum valido
 milite Novesium contendit, motisque
 inde castris Juliacum obsidione cinxit,
 ac præprimis tria exteriora urbis pro-
 pugnacula, non tamen sine damno &
 suorum sanguine expugnavit: Die tan-
 dem decima quinta Augusti Francisci
 Regis

Londorp.
tom. I. l. I.
c. 16. p. 87.
Mem. de
Juliac.
pag. 82.

Regis copiæ in castra Protestantium ad-
 venerant, ductore Castræo Marefcallo, quem, cum trauseundo Coloniam in-
 grederetur, Nuntius Pontificiushorta-
 batur, ut cum in Catholicæ Religionis
 detrimentum, & Cæsaris contemptum
 hoc bellum esset excitatum, in ferendo
 hæreticis auxilio haud ultra progrede-
 retur: ipse vero se mandato Regis ur-
 geri respondit, etsi vel Romam usque,
 exercitus esset deducendus. Interim
 Mauritius fossa jam maximam partem
 repleta, actis cuniculis, propiusque ad-
 motis belli tormentis arcem Juliensem
 decussa & nudata jam magna moenium
 parte ad deditionem compulit, præ-
 scriptis hisce legibus. I. Ecclesiasticis
 omnibus in patrocinium acceptis, nihil
 circa Religionem Catholicam immute-
 tur, sed illius libertas indigenis simul
 & exteris sit. II. Principibus omnis
 belli apparatus, literæ, & monumenta
 ad oppidum & arcem pertinentia om-
 nino salva tradantur. III. Gubernator
 & Præfidiarii cum armis, equis, om-
 nibusque impedimentis, quocunque
 velint, discedant, explicatis vexillis in-
 structi. IV. Civibus sua privilegia at-
 que immunitates salvæ remaneant. Ita
 demum Juliensis Ducatus Metropolis
 quinque circiter hebdomadam spatio
 expugnata est, quo comperto mox Co-
 loniæ

Sæc. XVII.
 A. C. 1610.

Sæc. XVII. Ioniæ die quinta Septembris de com-
 A. C. 1610. ponendo Juliacensi negotio Conventus
 habebatur, in quo Moguntinus & Colo-
 niensis Electores, Maximilianus & Fer-
 dinandus Austriæ Archiduces, Bruns-
 vicensis Dux, Hassiæ Landgravius, nec-
 non duo Cæsaris Oratores, ac Alberti
 Austriaci Legati postulabant, ut Prin-
 cipes Juliacum usurpantes sese iudicio
 Cæsareo submitterent. His vero parere
 recusantibus, re infecta discessum est.
 Accedebant his postea *Evangelica*, ut
 vocabatur, unionis Principes, publi-
 coque scripto causas, cur se Juliacensi
 negotio immiscerent, exponebant, id
 tamen, sicut & ipsa eorum unio, Sa-
 xoniæ Electori, & Principibus Luthere-
 ranis minime probabatur: Christianus
 enim Saxonie Elector ægre ferebat,
 quod hi Fœderati Brandenburgico Ele-
 ctori in causa Juliacensi faverent, quo-
 circa tam ipse quam Henricus Julius
 Brunsvicensis & Ludovicus Hassiæ
 Landgravius Pragæ datis vigesima se-
 cunda Julii literis Norimbergenses, Ul-
 menses, atque Argentoratenses ab hac
 unione dehortabantur. Ceterum Ru-
 dolphus Imperator Electorem Saxonie,
 ejusque fratres & Agnatos, quos ceteri
 Principes vi excluderant, in Juliacensi
 Ducatu investivit, salvo tamen jure a-
 liorum.

§. XCIII.